ÚVOD K ŘÍMSKÉMU EVANGELIÁŘI

Pozn: *Latinský text je převzat z* Římského evangeliáře, *který byl představen papeži Janu Pavlu II. 15. prosince 2000; tento text byl publikován v časopise* Rivista liturgica *87 (2001) 460–467. Český text je pracovním překladem pořízeným pro* Liturgie.cz.

1. VÝZNAM EVANGELIA V ŽIVOTĚ CÍRKVE A V POSVÁTNÉ LITURGII

1. Ex abundantia eius caritatis, quae intellectum hominum omnino supera, placuit Deo gestibus verbisque intrinsece inter se connexis sipsum revelare, ut in Christo, totius divinae revelationis plenitudine, homines per fidem et gratiam aeternam salutem attingerent.[1]

1. Z bohatství té lásky, která zcela převyšuje lidský rozum, se Bohu zalíbilo zjevit sebe sama činy a slovy, které navzájem vnitřně souvisejí, aby lidé v Kristu, který je plností celého Božího zjevení, skrze víru a milost dosáhli věčné spásy.

2. Scripturae enim, divinitus inspiratae et semel pro semper litteris consignatae, Dei ipsius verbum firmiter docent et immutabiliter impertinunt atque in verbis Prophetarum Apostolorumque vocem personare faciunt Spiritus Sancti, qui donis suis fidem in corde fidelium continenter excitat ac perficit.[2]

2. Bohem inspirované a jednou provždy zapsané Písmo totiž jasně vyučuje a nezměnitelně podává slovo samého Boha a slovy proroků a apoštolů dává zaznít hlasu Ducha Svatého, který svými dary neustále probouzí a dovršuje víru v srdci věřících.

3. In plenitudine temporis misit Deus Filium suum, Verbum carnem factum, Spiritu Sancto unctum, ad evangelizandum pauperibus, ad sanandos contritos corde „medicum carnalem et spiritualem“[3], Mediatorem Dei et hominum.[4] Evangelium hoc, Apostolis ab ipso Domino concreditum, a sanctis Evangelistis exaratum est, ut quae in Christo Iesu

3. Když se naplnil čas, poslal Bůh svého Syna, Slovo učiněné tělem, pomazaného Duchem Svatým, aby zvěstoval chudým radostnou zvěst, aby uzdravoval ty, kdo mají zkroušené srdce, „lékaře těla i ducha“, prostředníka mezi Bohem a lidmi. Toto evangelium, svěřené samotným Pánem apoštolům, bylo zaznamenáno svatými evangelisty, aby lidé poznávali a věřili

[1] Srov. *Dei verbum*, čl. 2 a 4.
[2] Srov. tamtéž, čl. 5 a 21.
[3] Sv. Ignác z Antiochie, *Ad Ephesios*, 7, 2 (Funk I, 218).
[4] Srov. 1 Tim 2,5; srov. *Sacrosanctum concilium*, čl. 5.

adimpleta sunt cognoscerentur ac crederentur et quisque in omne tempus per hanc fidem „vitam in nomine eius“ haberet.[5]

v to, co se naplnilo v Kristu Ježíši, a aby každý měl skrze tuto víru navždy „život v jeho jménu“.

4. Ita apostolorum praedicationem, quam de mysterio salutis per Sacras scripturas ipse Dominus ennaravit, Ecclesia suscepit[6] et exinde numquam omisit, quin „in omnibus Scripturis, quae de ipso erant“[7] legeret et mysterium paschale celebraret, in quo „mortis eius victoria et triumphus repraesentantur“.[8]

4. Církev tak přijala kázání apoštolů, které proslovil prostřednictvím Písma svatého sám Pán, a od té doby nikdy neopomněla číst „co se ve všech částech Písma vztahuje na Krista“ a slavit velikonoční tajemství, které „představuje jeho vítězství a triumf nad smrtí“.

5. Ex actione Spiritus Santi Verbum Dei proclamatum fundamentum fit omnis liturgicae celebrationis atque norma et subsidium totius vitae christianae. Praesens Christus in verbo suo adest, Spiritu Sancto cooperante, qui per Prophetas locutus est, Iesum Nazarenum consecravit, sacros auctores inspiravit et credentes ad veritatem et ad Christum revelatorem Patris instruit, verborum eius memoriam prodens. Operatio haec Spiritus Sancti non modo totam praevenit, comitatur et subsequitur actionem liturgicam, sed, quae in proclamando Dei verbo dicatur cordi uniuscuiusque baptizati, qui eidem liturgicae celebrationi Ecclesiae adsit, omnia suggerit et, dum omnium coagmentat unitatem, charismatum quoque diversitatem refovet et multiplicem extollit actionem.

5. Působením Ducha Svatého se hlásané Boží slovo stává základem každého liturgického slavení a měřítkem a pomocí veškerého křesťanského života. Kristus je přítomný ve svém slově za spolupůsobení Ducha Svatého, který mluvil ústy proroků, posvětil Ježíše Nazaretského a inspiroval svatopisce. Tím, že tento Duch připomíná Kristova slova, učí věřící o pravdě a o Kristu, který zjevuje Otce. Toto působení Ducha Svatého nejenže celou liturgickou činnost předchází, provází a následuje, ale také vkládá do srdce každého pokřtěného, který je přítomný slavení liturgie v církvi, vše, co se říká při zvěstování Božího slova. Vytváří všeobecnou jednotu a zároveň oživuje různost charismat a povzbuzuje k nejrůznějšímu konání.

[5] Srov. Jan 20,31; Lk 1,1–4; Sk 1,1–2.
[6] Srov. Sk 8,30–31; sv. Irenej z Lyonu, *Adversus haereses*, III, 2, 1–2 (SCh 211, 24–28).
[7] Lk 24,27.
[8] Srov. Trid. koncil, 13. zas., 11. 10. 1551, *Decretum de sanctissima Eucharista*, kán. 5; Srov. *Sacrosanctum Concilium*, čl. 6.

6. Ex prisca Apostolorum aetate constanter Ecclesia sacras Scripturas, et praesertim Evangelia, legi curavit, tamquam partes celebrationi Missae stricte inhaerentes, quae populum christianum ad liturgiam eucharisticam praecolunt.[9] Dum totum corpus Scripturarum uti verbum Dei Ecclesia colit, Evangelia vero semper ab ipsa proclamata sunt tamquam vera vox sponsi eius.

6. Od dávných apoštolských dob církev neustále dbá na to, aby bylo Písmo svaté – a především evangelia – čteno jako pevná součást slavení mše, která připravuje křesťanský lid na eucharistickou liturgii. I když má církev v úctě celý korpus Písem jako slovo Boží, jako pravý hlas svého snoubence vždycky hlásala evangelia.

7. In culmine Scripturarum, quae libros tam Veteris quam Novi complectuntur Testamenti, Evangelium exstat Iesu Christi Filii Dei, qui crucifixus est, resurrexit atque in caelum ascendit, Agnus immolatus et victor, Verbum Dei, lux et fons vitae, ad quem Lex, Prophetae, Hagiographa, et praesertim Psalmi, attinent et in cuius luce omnes Scripturae Veteris et Novi Testamenti comprehendi possunt, ita ut „ignoratio Scripturarum, ignoratio Christi est".[10]

7. Vrcholem Písma, které zahrnuje knihy Starého i Nového zákona, je evangelium Ježíše Krista, Syna Božího, který byl ukřižován, vstal z mrtvých a vstoupil na nebesa. On je obětovaný Beránek a vítěz, Slovo Boží, světlo a pramen života, o kterém mluví Zákon, Proroci, Spisy, především Žalmy. V jeho světle lze chápat všechna Písma Starého i Nového zákona, takže „neznalost Písma je neznalostí Krista".

8. Die dominica praesertim, quae „dies resurrectionis, dies christianorum, dies nostra est",[11] verba evangelica proclamat Ecclesia. Eo die igitur adunata, quo Dominus Iesus e mortuis resurgens cor discipulorum intelligentiae Scripturarum aperuit, Ecclesia proficit Divini Magistri verbo ac Spiritus Sancti effusione in corde christifidelis eiusque roborata. Nam, Spiritus Evangelii virtute iuvenescere facit Ecclesiam eamque perpetuo renovat et ad consummatam cum Sponso suo unionem perducit.[12]

8. Církev hlásá slova evangelia především v den Páně, což je „den vzkříšení, den křesťanů a den náš". Tedy v den, kdy Pán Ježíš vstal z mrtvých a otevřel srdce učedníků, aby rozuměli Písmu, čerpá shromážděná církev ze slova božského Učitele a je posilněna vlitím Ducha Svatého do srdce každého věřícího. Vždyť Duch silou evangelia omlazuje církev, bez ustání ji obnovuje a přivádí k dokonalému sjednocení s jejím snoubencem.

[9] Srov. Sv. Justýn, *Apologia*, I, 67, 3 (PG 6, 430B); Tertulián, *De praescriptione haereticorum*, 36, 5 (SCh 211, 138).
[10] Sv. Jeroným, *Commentariorum in Esaiam libri*, *Prologus*, 13 (CCSL 73, I/2, 1).
[11] Srov. Sv. Jeroným, *In die dominica Paschae*, 52–53 (CCSL 78, 550); srov. Jan Pavel II., *Dies Domini*, čl. 2.
[12] Srov. *Lumen Gentium*, č. 4.

2. EVANGELIÁŘ

9. A Spiritu Sancto commota, divinas Scripturas et Corpus ipsum semper venerata est Ecclesia, quae, maxime in sacra Liturgia, numquam ex mensa tam verbi Dei quam Corporis Christi panem vitae sumere atque fidelibus porrigere desinat.[13]

9. Církev, vedená Duchem Svatým, měla božské Písmo vždy v úctě jako samo tělo Páně. Především v posvátné liturgii nepřestává brát a podávat věřícím chléb života ze stolu jak Božího slova, tak Kristova těla.

10. Christi resurgentis praesentia in verbo eiusdem lectione Scripturarum proclamato, cuius ipse simul est significatio et interpres,[14] gestis quoque exprimitur ad librum spectantibus, qui lectiones Evangelii continent.

10. Přítomnost vzkříšeného Krista v jeho slově hlásaném při čtení Písma, jehož významem a zároveň vykladačem je on sám, se vyjadřuje také gesty, která se týkají knihy, jež obsahuje evangelní čtení.

11. Peculiari reverentia colit Ecclesia „Evangelium quadruplice“,[15] quod summum testimonium praebet vitae et doctrinae Verbi incarnati, Salvatoris nostri, Verbi aeterni, omnem hominem venientem in mundum illuminantis, a Patre missi, ut inter homines commoraret nosque arcana Dei doceret.

11. Církev zvláště uctívá „čtveroevangelium“, které nejvíce svědčí o životě a učení vtěleného Slova, našeho Spasitele, věčného Slova, které osvěcuje každého člověka přicházejícího na svět a které bylo posláno od Otce, aby přebývalo mezi lidmi a učilo nás tajemstvím Božím.

12. Evangelii Christi primatum, „termini legis“[16] et verticis Liturgiae verbi, efficit ut liber Evangeliorum seu Evangeliarium dignitatem peculiaris symboli Christi ipsius consequatur, qui in celebratione liturgica populum suo appellat verbo, cui Spiritus Sanctus effectum ac vitam restituit, qua in ore Verbi incarnati fruebatur.[17]

12. Díky prvenství evangelia Ježíše Krista, který je „cílem Zákona“ a vrcholem liturgie slova, se kniha evangelií neboli evangeliář těší zvláštní vážnosti jako symbol samotného Krista, který při slavení liturgie oslovuje lid svým slovem. Duch Svatý pak vrací tomuto slovu ten účinek a život, který mělo v ústech vtěleného Slova.

---

[13] Srov. *Dei Verbum*, čl. 21 a čl. 8; srov. *Presbyterorum ordinis*, čl. 18; srov. *Perfectae caritatis*, čl. 6; srov. Origineses, *In Exodum homilia* XIII, 3 (SCh 321, 380-388); Caesarius z Arles, *Sermo* 78, 2 (CCSL 103, 323); Ambrož z Milána, *Explanatio Psalmorum* XII, Ps 1, 33 (CSEL 103,323); Augustin z Hippo, *Sermo* LVII, 7 (PL 38, 389); Hilarius z Poitiers, *Tractatus in Psalmos*, 127 ,10 (CSEL 22, 635).
[14] Srov. *Sacrosanctum concilium*, čl. 7.
[15] Irenej z Lyonu, *Adversus haereses* III, 11, 43 (SCh 211, 168).
[16] Řím 10,4
[17] Srov. Řehoř Veliký, *Moralia in Iob* XVI, 35, 43 (CCSL 143A, 824); Augustin z Hippo, *Sermo* 85 ,1 (PL 38, 250); Augustin z Hippo, *In Iohannis Evangelii Tractatus* 30, 1 (CCSL 36, 289), aj.

13. Libri liturgici Sacrarum Scripturarum lectiones continentes iam inde saltem a tempore sancti Gregorii papae Magni communis sunt consuetudo Ecclesiae.[18] Omni studio igitur cavere oportet, ut Scripturae in aptis voluminibus convenienti dignitate, decore ac pulchritudine ornatis asserventur.

13. Existence liturgických knih obsahujících čtení z Písma svatého je v církvi běžná již nejméně od doby svatého papeže Řehoře Velikého. Proto je třeba dbát se vší péčí o to, aby bylo Písmo uchováváno ve svazcích s patřičně důstojnou a krásně dekorovanou vazbou.

14. Haec ad Evangeliarium praecipue applicantur, cuius veneratio omnibus aliis libris lectionum praestat in Ecclesia tam Orientis quam Occidentis. Evangeliarium signum enim exstat Christi ipsius in Liturgia atque eodem colitur osculo altari dato. Quapropter magnis votis expetitur, ut etiam in ecclesiis cathedralibus et in maioribus saltem ac magis frequentantis paroecialibus Evangeliarium adsit opipare exornatum ac praecellentia sua ab iliis libris Lectionum sacrarum Scripturarum distinctum.[19]

14. To se týká především evangeliáře, který v církvi Východu i Západu předčí v úctě všechny ostatní knihy obsahující čtení. Evangeliář je totiž v liturgii symbolem samotného Krista a prokazuje se mu úcta políbením, stejně jako oltáři. Proto je nanejvýš žádoucí, aby alespoň v katedrálních chrámech, ve větších kostelích a v hojně navštěvovaných farních kostelích byl bohatě zdobený evangeliář, který se svou znamenitostí liší od ostatních knih obsahujících čtení z Písma svatého.

15. Peculiaris honor, quo inter reliquas Scripturas Evangelia prout signum praesentiae Christi in eius verbo proclamato fruuntur, per saecula universam impulit Ecclesiam, ut declamatio haec, necnon liber ipse Evangelia complectens, crebris venerationis significationibus afficerentur.

15. Zvláštní vážnost, které se mezi ostatními texty Písma těší evangelia jako znamení Kristovy přítomnosti v jeho hlásaném slově, po staletí vedla celou církev k tomu, aby tomuto hlásání evangelia i samotné knize obsahující evangelia byly prokazovány hojné projevy úcty.

16. Lectio Evangelii culmen constituit liturgiae verbi. Maximam venerationem ei tribuendam ipsa Liturgia docet, cum haec prae ceteris lectionibus speciali honore insigniatur sive ex parte ministri ad eam annuntiandam deputati et per

16. Předčítání evangelia je vrcholem bohoslužby slova. Že je mu třeba prokazovat nejvyšší úctu, učí sama liturgie, protože ho proti ostatním čtením odlišuje zvláštní poctou: služebník, který má evangelium ohlašovat, se na to připravuje

[18] Srov. Řehoř Veliký, *Homiliae in Evangelia*, 14,22 (CCSL 141).
[19] Srov. IGMR, č. 60; Rupert z Deutz, *Liber de de divinis officiis* II, 23 (CCCM 7, 59).

benedictionem vel orationem sese praeparantis sive ex parte fidelium, qui per acclamationem Christum praesentem sibique loquentem agnoscunt ac profitentur et lectionem ipsam stantes auscultant, sive ex signis ipsis venerationis Evangeliario tributis.[20]

požehnáním nebo modlitbou; věřící aklamacemi uznávají a vyznávají, že je mezi nimi přítomen Kristus a že k nim promlouvá, a proto mu naslouchají vstoje; evangeliáři se prokazují zvláštní znamení úcty.

17. Impositio et traditio Evangeliarii Episcopo nuper ordinato fidelem verbi Dei praedicationem inter praecipua munera eius ostendit;[21] traditio Evangeliarii diacono nuper ordinato officium eius denotat Evangelii in liturgicis celebrationibus proclamandi et fidei Ecclesiae verbis operibusque praedicandae;[22] inthronizatio Evangeliarii, quoetienscumque Ecclesia concilium vel synodum celebret, signum est praesentiae Christi utpote magistri et ducis;[23] hortatur demum, ut Evangeliarium super feretrum collocetur in ritu exsequiarium, signum est perspicuum fidei Ecclesiae verbo vitae aeternae.[24]

17. Vzkládání evangeliáře a jeho předání ukládá nově svěcenému biskupovi jako jeden z jeho hlavních úkolů, aby věrně kázal slovo Boží; předání evangeliáře udává nově svěcenému jáhnovi za povinnost číst evangelium při slavení liturgie tak, aby víra církve byla vyjádřena slovy i skutky; intronizace evangeliáře, když církev slaví koncil nebo synodu, je znamením přítomnosti Krista jako toho, kdo učí a vede; a konečně když je evangeliář při pohřebním obřadu položen na rakev, je to viditelná známka víry církve ve slovo věčného života.

3. Hlásání evangelia při slavení mše

18. In celebratione liturgica Scripturae non modo leguntur, sed etiam proclamantur, ut ex virturte Spiritus Santi, largitoris vitae, verbum scriptum vivum fiat et mysterium salutis denuo exerceatur.

18. Při slavení liturgie se Písmo nejen předčítá, ale i hlásá, aby psané slovo při čtení mocí Ducha Svatého, dárce života, ožilo a znovu zpřítomnilo tajemství spásy.

[20] Srov. IGMR, č. 60.
[21] Srov. Římský pontifikál, *Svěcení biskupa, kněží a jáhnů*, č. 26; *Christus Dominus*, čl. 12; *Caeremoniale episcoporum*, č. 574; *Homilia de legislatore* 4 (PG 56, 404).
[22] Srov. Římský pontifikál, *Svěcení biskupa, kněží a jáhnů*, č. 208; *Caeremoniale episcoporum*, č. 512.
[23] Srov. *Caeremoniale episcoporum*, č. 1172 a 1174; srov. *Sacrosanctum concilium*, č. 7.
[24] Sorv. *Caeremoniale episcoporum*, č. 824; *Pohřební obřady*, č. 38.

19. Quotiescumque in celebranda sancta Eucharistia Ecclesia Christo iungitur, Corpus Domini et Verbum aeternum divinae veritatis duplici mensa accipiuntur, utpote solius sacrificii laudis participatio. In aperiendis insuper in Liturgia verbi sacrarum Scripturarum thesauris, Ecclesia, eminentissimum tribuens Evangeliis momentum, proclamationi peculiaria confert signa venerationis.[25] Gesta enim et dicta, quae actionem hanc comitantur, fidem exprimunt Ecclesiae, cum in proclamando Evangelio praecipua attingatur praesentia Christi Magistri, splendoris gloriae Patris et sapientiae Dei, omnium Scripturarum plenitudinis.

19. Vždy, když je církev při slavení svaté eucharistie spojena s Kristem, tělo Páně a věčné Slovo božské pravdy je přijímáno na dvojím stole jako účast na jediné oběti chvály. Když se nadto při bohoslužbě slova otevírají poklady Písma svatého, přikládá církev největší význam evangeliím, a hlásání evangelia opatřuje zvláštními znameními úcty. Gesta a slova, která tento úkon doprovázejí, totiž vyjadřují víru církve, protože při hlásání evangelia se mimořádným způsobem projevuje přítomnost Krista jako Učitele, odlesku Otcovy slávy a Boží moudrosti, který je plností celého Písma.

20. Proclamatio Evangelii diacono, si adsit, vel sacerdoti, reservatur.[26] Processione vero antecedi potest, quae adventum Christi significat alloquentis omnes, quos Ecclesia in nomine eius congregat. Proclamationi et reverentiis omnes adstantibus omnes cum fide respondunt, nuntium Evangelii in cordibus suscipientes et rogantes, ut eorum purificet et convertat vitas, ad Corpus Christi aedificandum, quod est Ecclesia.

20. Hlásání evangelia je vyhrazeno jáhnovi – je-li přítomen – nebo knězi. Může před ním předcházet procesí, které naznačuje příchod Krista, promlouvajícího ke všem, které církev shromažďuje v jeho jménu. Na hlásání a projevy úcty odpovídají všichni přítomní s vírou, ve svých srdcích přijímají zvěst evangelia a prosí, aby očistil a obrátil jejich život, aby budovali Kristovo tělo, jímž je církev.

21. In Missa cum populo celebranda lectiones semper ex ambone proclamandae sunt, loco excelso et stabili et expolito et decoro, dignitatem verbi illinc proclamati evocanti, iconismate Sancti Sepulcri et nudi tumuli illius, unde verbum vitae annuntiatur.[27]

21. Při mši s účastí lidu se čtení mají pronášet vždy z ambonu, vyvýšeného, pevného, krásného a vyzdobeného místa, které vzbuzuje úctu ke slovu, které je odtud hlásáno. Ambon je obrazem prázdného svatého hrobu, z něhož je ohlašováno slovo života.

[25] IGMR, č. 60.
[26] Srov. *Apoštolské konstituce* II, 57, 7 (SCh 320, 312-313), Jeroným, *Epistulae* 147, 6 (CSEL (56, 322).
[27] IGMR, č. 309.

22. In processione introitus diaconus, sacra veste ministerii sui indutus, parum elevatum deferens Evangeliarium, sacerdoti ad altare accedenti praeit et secus ad latus eius incedit.[28] Cum ad presbyterium pervenerit, si Evanegliarium defert, omissa reverentia, ad altare accedit.[29] Deinde, Evangeliarium super altare deponit, quod simul cum sacerdote osculo veneratur.[30] Diacono absente, lector debita cum reverentia librum Evangeliorum in processione introitus defert.[31] Sequitur hic in processione acolythos aliosque ministros et librum Evangeliorum super altare disponit, quod tamen non osculatur.

22. Při vstupním průvodu jáhen, oblečený do posvátného roucha své služby, nese poněkud pozdvižený evangeliář a jde k oltáři před knězem; jinak chodí po jeho boku. Nese-li evangeliář, po příchodu do presbytáře nedělá úklonu a přistoupí k oltáři. Poté na něj evangeliář položí a zároveň s knězem uctí oltář políbením. Není-li jáhen přítomen, nese při vstupním průvodu knihu evangelií s patřičnou úctou lektor. Ten kráčí v procesí za akolyty a ostatními přisluhujícími a klade knihu evangelií na oltář, který však nelíbá.

23. Proclamationem Evangelii praecedunt peculiaria signa reverentiae et sollemnis processio Evangeliarii cum luminibus, thure et acclamationibus, quae tum in Occidente cum in Oriente ingressum in mentem revocant Christi in mundum.[32]

23. Hlásání evangelia předcházejí zvláštní znamení úcty a slavnostní průvod s evangeliářem a se světly, kadidlem a aklamacemi, které na Západě i na Východě upomínají na příchod Krista na svět.

24. Brevi interposito post ultimam lectionem, vel prout res postulet, post Psalmum responsorialem silentio, lector lectionarium de ambone tollit. Ministri demum pro opportunitate cum cereis accensis ad altare maius pergunt, ubi Evangeliarium exstat.

24. Po krátké chvíli mlčení po posledním čtení, případně po responsoriálním žalmu, vezme lektor lekcionář z ambonu. Přisluhující se zapálenými svícemi, podle vhodnosti, přistoupí k hlavnímu oltáři, kde se nachází evangeliář.

25. Surgunt fideles ad accipiendum acclamandumque Verbum Dei, quod est Christus, et ad Evangeliarium colendum. Omnes verbum ad Evangelium proferunt, dum diaconus ad ambonem accedit.[33]

25. Věřící povstanou, aby přijali Boží Slovo, jímž je Kristus, odpověděli aklamací a projevili úctu evangeliáři. Zatímco jáhen přistupuje k ambonu, všichni pronášejí aklamaci před evangeliem.

[28] IGMR, č. 172.
[29] IGMR, č. 173.
[30] Tamtéž.
[31] IGMR, č. 120.
[32] Jeroným, *Adversus Vigililantium*, 7 (PL 23, 346B).
[33] IGMR č. 132 a č. 175, *Caeremoniale episcoporum*, č. 140.

26. Verbum ad Evangelium ob naturam suam iubilationis cantum evocat Ecclesiae redemptae et „exsultationem sine verbis“,[34] qua cor gaudet in conspectu Domini.

26. Aklamace před evangeliem přirozeně odkazuje na jásavý zpěv vykoupené církve a „plesání beze slov“, jímž se srdce raduje před tváří Páně.

27. Thuriferario comitante, adit diaconus celebrantem et sacerdoti ministrat, qui incensum in thuribulo imponit, dum populus verbum ad Evangelium canere incipit.[35]

27. V doprovodu turiferáře přistoupí jáhen k celebrantovi a přisluhuje knězi, který vloží do kaditelnice kadidlo, zatímco lid začíná zpívat aklamaci před evangeliem.

28. Evangelii sanctitas praeprationem poscit a quo lectio proclamatur et a quibus ea auditur. Effuso thure, diaconus ante sacerdotem inclinatus benedictionem petit dicens: *Iube, domine, benedicere*. Sacerdos eum benedicit verbis: *Dominus sit in corde tuo*; cui diaconus respondet: *Amen*.

28. Svatost evangelia vyžaduje přípravu od toho, kdo je hlásá, i od těch, kteří mu naslouchají. Po vložení kadidla se jáhen skloní před knězem a žádá o požehnání slovy *Prosím o požehnání*. Kněz mu žehná slovy *Ať ti Bůh očistí srdce*; jáhen odpoví: *Amen*.

29. Diacono vero absente, presbyter concelebrans Evangelium proclamare potest; quo etiam absente, sacerdos demum celebrans officium hoc assumit Evangelii proclamandi.[36] Nisi cum celebrans Episcopus sit, concelebrans ad altare accedit et summissa voce orat dicens: *Munda cor meum*.

29. Není-li přítomen jáhen, může evangelium hlásat koncelebrující kněz, a když není přítomen ani ten, ujímá se této povinnosti – hlásání evangelia – celebrující kněz. Pokud celebrantem není biskup, přistoupí koncelebrant k oltáři a tichým hlasem se modlí slovy *Očisť mi srdce*.

30. Si celebrans sit Episcopus, presbyter concelebrans, qui Evangelium proclamat, benedictionem ab eo petit et cetera agit eodem modo ac diaconus.[37]

30. Je-li celebrantem biskup a koncelebrující kněz, který hlásá evangelium, od něho žádá požehnání a všechno ostatní dělá jako jáhen.

31. Benedictione suscepta, Evangeliarium, si in altari est, diaconus accipit, quod, praecedentibus thuriferario et ministris laicis, qui thuribulum et cereos deferre possunt,

31. Po přijetí požehnání vezme jáhen evangeliář, je-li na oltáři, a za turiferářem a laickými přisluhujícími, kteří mohou nést kaditelnici a svíce, jde s poněkud pozdviženým evangeliářem

[34] Augustin, *Ennarationes in Psalmos*, Ps. 99, 4, 6 (CCSL 10/2,1394), Ps. 32, Sermo I, 8, 31 (CCSL 10/1, 254).
[35] IGMR, č. 132, *Caeremoniale episcoporum*, č. 140.
[36] Srov. IGMR, č. 59.
[37] Srov. *Caeremoniale episcoporum*, č. 74.

parum elevatum deferens ad ambonem ascendit, quo adstantes se convertunt, singularem erga Evangelium Christi reverentiam manifestantes.[38]

k ambonu. Přítomní se obrátí k ambonu a projeví tak zvláštní úctu Kristovu evangeliu.

32 In ambone diaconus aperit librum et, manibus iunctis, dicit: *Domins vobiscum*, populo respondente: *Et cum spiritu tuo*, digito pollice signans primum librum super paginam Evangelii, quod lecturus est, mox seipsum in fronte, ore et pectore, quod faciunt ceteri omnes, ut Verbum Dei eorum illuminet mentes, purificet corda et aperiat labia laudi Domini.[39] Populus acclamat dicens: *Gloria tibi, Domine*. Tum diaconus librum, si incensum adhibetur, thurificat. Demum Evangelium magna voce proclamat.[40]

32. Na ambonu jáhen otevře knihu a se sepjatýma ruka řekne: *Pán s vámi*. Lid odpoví: *I s tebou*. Jáhen pokračuje: *Slova svatého evangelia* a nejprve palcem označí křížem knihu na straně evangelia, které bude číst, a potom sám sebe na čele, ústech a prsou. To dělají také všichni ostatní, aby slovo Boží osvítilo jejich mysl, očistilo srdce a otevřelo ústa, aby chválila Pána. Lid odpoví: *Sláva tobě, Pane*. Užívá-li se kadidla, okouří jáhen knihu. Následně silným hlasem hlásá evangelium.

33. Dum ad ambonem stat diaconus, ministri cum cereis constitui possunt in utrumque latus eiusdem, qui Evangelium proclamat.[41]

33. Když jáhen, který hlásá evangelium, stojí u ambonu, mohou stát z každé strany po jeho boku přisluhující se svícemi.

34. Ad attrahenda corda fidelium, ad exprimendum gaudium et ad communicandum quam valdius cum iisdem Evangelii momentum, salutatio, lectionis nuntium, acclamatio finalis et totum ipsum Evangelium cani possunt. Accomodationes musicae tales esse oportet, ut intelligentiam textus sacri expediant, potius quam obscurent.

34. Aby přitáhl srdce věřících, vyjádřil radost a zprostředkoval lidu důležitost evangelia, může jáhen pozdrav, ohlášení čtení, závěrečnou aklamaci a i celé evangelium zpívat. Nápěv se musí přizpůsobit tak, aby nezakrýval, ale naopak usnadňoval chápání posvátného textu.

35. Proclamato Evangelio, diaconus in fine profert acclamationem: *Verbum Domini*, respondentibus omibus: *Laus tibi, Christe*.[42]

35. Když je hlásání evangelia skončeno, jáhen pronáší aklamaci: *Slyšeli jsme slovo Boží*, a všichni odpovídají: *Chvála tobě, Kriste*.

[38] Srov. IGMR, č. 117, 133, 172, 175; *Caeremoniale episcoporum*, č. 140.
[39] Srov. *Caeremoniale episcoporum*, č.74 a 141; srov. Amalarius, *Liber officialis* III, 18, 7.
[40] Srov. IGMR, č. 134 a 175; *Caeremoniale episcoporum*, č. 74 a 141; Innocenc III., *De sacro altaris mysterio*, II, 43 (PL 217, 824).
[41] Srov. IGMR, č. 59 a 134.
[42] Srov. tamtéž.

36. Diaconus dein osculatur librum, secreto dicens: *Per evangelica dicta, deleantur nostra delicta.*[43]

37. Quando diaconus Episcopo ministrant, tum librum ei defert osculandum vel ipse osculatur, secreto dicens: *Per evangelica dicta, deleantur nostra delicta*. In celebrationibus sollemnioribus Episcopus, pro opportunitate, benedictionem cum Evangeliario populo impertit.[44] Evangeliarium dein ad abacum vel ad alium locum aptum et dignum deferri potest.

38. Evangeliarium in processione in fine Missae non defertur.

39. Peculiaris haec Evangeliarii editio sibi proponit, ut librum liturgicum suppeditet, qui ob insignem typorum virtutem quam maxime liturgicae necessitati respondeat Christi Evangelii proclamationi praecellentem praestandi dignitatem.

40. Lectiones pro dominicis et sollemnitatibus sive anni liturgici sive Proprii de Sanctis integre ibi continentur.

41. Ut cum iis congrueret ad mensuram ac pondus voluminis pertinentibus, necnon ad propositum textus pro ratione cantui apta comparandi, nullomodo hanc in editionem induci potuerunt lectiones Evangelii iuxta editionem typicam alteram Ordinis lectionum Missae Ritus Romani ratae.

36. Nato jáhen políbí knihu a potichu řekne: *Radostná Boží zvěst ať nás osvobodí od hříchů.*

37. Přisluhuje-li jáhen biskupovi, přinese knihu políbit jemu, nebo ji políbí sám, přičemž potichu říká: *Radostná Boží zvěst ať nás osvobodí od hříchů*. Když je to vhodné, uděluje biskup lidupři slavnostnějších příležitostech, požehnání evangeliářem. Nakonec se evangeliář může odnést na abak nebo jiné vhodné a důstojné místo.

38. V průvodu na konci mše se evangeliář neodnáší.

39. Toto zvláštní vydání evangeliáře má představovat liturgickou knihu, která svou mimořádnou typografickou úpravou co nejvíc odpovídá liturgické potřebě projevit hlásání Kristova evangelia hlubokou úctu.

40. V evangeliáři jsou obsažena i všechna čtení pro neděle a slavnosti, ať už v průběhu liturgického roku, nebo z vlastních textů o svatých.

41. Aby měl svazek přiměřené rozměry a váhu a také vzhledem k záměru, aby byly texty uzpůsobeny ke zpěvu, nemohla být v této edici v žádném případě zahrnuta všechna čtení evangelia podle *editio typica altera* Řádu mešních čtení římského ritu.

[43] Srov. tamtéž, č. 134 a 175.
[44] Srov. tamtéž, č. 175.

42. Cum inprimis de Evangeliario pro sollemnibus celebrationibus agatur, visum est formam breviorem omittere nonnullis lectionibus preafato Ordine lectionum Missae provisam. His in casibus, inter rubricas parvioribus litteris indicatio adest: Forma longior, ut Lectionarium formam quoque breviorem suggere intellegatur.

42. Protože se evangeliář používá především pro slavnostní bohoslužby, zdálo se u některých čtení vhodné vypustit kratší formu, i když ji zmiňovaný Řád mešních čtení uvádí. V takovýchto případech je v rubrikách uvedeno menším písmem označení *Delší forma*, aby bylo zřejmé, že lekcionář uvádí také formu kratší.

43. Omnino insuper excluduntur lectiones pro feriis; ex ceteris aliqae tantummodo selectae sunt.

43. Všeobecně platí, že čtení určená pro všední dny jsou vynechána; z ostatních dní jsou vybrána jen některá čtení.

44. Si lectio desit Evangelii pro speciali occasione celebranda, idoneum tomum Lectionarii adhiberi opus est. Fieri saepius poterit, ut in hoc ipso volumine idem inveniatur locus petitus, scilicet utpote lectio pro alia constituta celebratione.

44. Pokud chybí čtení evangelia pro slavení u zvláštní příležitosti, je třeba užít odpovídajícího svazku lekcionáře. Často se může stát, že v tomto svazku najdeme požadované místo jako čtení pro jinou příležitost.

45. Huius editionis praecipuum est cantum Evaneglii iuxta morem traditum favere.

45. Zvláštním cílem tohoto vydání je podporovat zpěv evangelia tradičním způsobem.

46. Licet singuli Evangelii loci neumis musicis haud muniantur, ad proclamationem tamen sive cum cantu sive per recitationem expediendam accentus ponitur super verba plus quam bisillaba, exceptis vocalibus maiusculis.

46. Přestože evangelia nejsou opatřena notací, je pro správný přednes, ať už zpěvem, nebo recitací, u slov s více než dvěma slabikami vyznačen přízvuk; netýká se to samohláskových majuskulí.

47. Apposita hic adhibentur specimena cum tribus tonis pro Evangelii cantu Graduali Romano admissis.

47. Používají se tu přiložené vzory s třemi nápěvy pro zpěv evangelia z Římského graduálu.

48. Attendendum insuper est Sedem Apostolicam editionem *Passionis Domini* iuxta quattuor Evangelia cum cantu secundum duos diversos tonos, qui a traditione Ritus Romani

48. Ještě je třeba upozornit, že Apoštolský stolec již promulgoval *Umučení Páně* podle čtyř evangelií se zpěvem (pašije) ve dvou různých nápěvech, které připouští tradice

admittuntur, iam promulgasse,[45] quae editio pro celebratione Eucharistiae die Dominica in Palmis de Passione Domini necnon pro sollemni celebratione Passionis Domini feria VI Hebdomadae Sanctae valde commendenda est.

římského ritu. Toto vydání se velmi doporučuje pro slavení eucharistie o Květné (pašijové) neděli a také pro slavnostní liturgii Památky umučení Páně na Velký pátek.

[45] Srov. *Passio Domini nostri Iesu Christi*, editio typica, Řím 1989.